Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



54.

linis vestibus indutam, patre vero in itinere mor-
tuo, aliquandiu Tyri moratam, ~~et~~ cum adolescenti-
bus scholam frequentasse; dehinc a Nobili quodam
Germano in Germaniam reductam, ab infamia et
suspendio mire liberatam, demum in Schænangia
celebri Suevia et Ordinis Cisterciensis monasterio
anno 1186 sub nomine fratris Josephi, quod ei jam
Puer cum vestibus alienis indiderat, in Novitium
suscepta, biennium ferme sanctissime transegisse;
moribus proximam S. Priori Schænangiensi conscien-
tiosa arbitro, sorum et arte sua senem pandisse;
et post obitum multis claruisse miraculis. Sequitur
apud Manriquem ad an. 1188: Hildegundis, ait, ingenio
nobilis, joannis Baptistæ candidus declamandis pro-
fus addicta, quædam hand spernenda Sectionis opusen-
la motu conscripsit, utpote de ejus annuntiatione,
nativitate, et parentum exultatione. Denique car-
mine etiam prosenta est, quidquid legerat de illius
sanctitate. Et Cæsarius l. 8. c. 30. Præcursorem
Domini plus omnibus Sanctis dilexit, nec sufficie-
bat ei de illo cogitare, illum obsequiis et orationibus
honorare, alias illius prerogativas prædicare; quin
etiam ad perpetuandam ejus memoriam, versifica-
rebat de ejus annuntiatione, nativitate, et gaudio
parentum. Literata siquidem erat, et ideo versibus pro-
sequi studuit, quidquid de illius sanctitate legerat.
Hinc inter scriptores Cisterciensis refertur docta et
sancta virgo a Visschio Biblioth. Cister. Epitaphium
illi positum sequens:

Omnis homo miretur, homo quid fecerit iste,
Hac cujus fossa cineres inclusit et ossa.
Mas vivens paret, moriens sed femina claret.
Vita refellit, morsque refellit rem simulatam.
Hildegunt dicta, vita est in codice scripta.
Maji bis senis est hac defuncta Kalendis.

Quamquam coloro de Hildegunde Moniali inter Moniales viventes nawnat hæc dicantur. Nota mon Hildegundis nostra

Idest, ut ait Cæsarius: Quarta feria hebdomade
Paschatis duodecimo Kalendas Maji, anno Domini
millesimo centesimo octogesimo octavo, quo eadem
feria incidit in 20 Aprilis, ad quam diem vid. Men-
ologium; et ~~vide~~ Acta 55. ~~de eadem~~